491
HB 18 14(84)

SERENISSIMÆ OLYMPI
IMPERATRICI,
IMMACULATÆ SUPREMI

REGIS MATRI,

QUÆ

Inter Angelicæ incomparabilis puritatis
Fulgentes odores, odoriferos radios
Æternum Cœli decus, eximia terræ gloria,
Myſtica coruſcat Roſa, & Stella floreſcit matutina,
Viventium advocata; afflictorum aſylo;
Singulariſſimo devotionis objecto,

MARIÆ SANCTISSIMÆ
A
CONCEPTIONE

D. V. & C.

SERENISSIMÆ OLYMPI
IMPERATRICI,
IMMACULATÆ SUPREMI
REGIS MATRI,

QUÆ

Inter Angelicæ incomparabilis puritatis
Fulgentes odores, odoriferos radios
Æternum Cæli decus, eximia terræ gloria,
Myſtica coruſcat Roſa, & Stella floreſcit matutina,
Viventium advocata; afflictorum aſylo;
Singulariſſimo devotionis objecto.

MARIÆ SANCTISSIMÆ
A
CONCEPTIONE

D. V. & C.

PRO PRIMO
LITERARUM EXAMINE SUBEUNDO
CÆSAREAS CONCLUSIONES DEDUCTAS
EX
ELEGANTI CALAMO, AUREOQUE STYLO NOTATIS

ad celebrem, difficilimamque reſolutionem Juriſconſulti Florentini lib. 10. Inſtitutionum in l. ſi alienum 49. ff. de Heredibus Inſtituendis.

PRÆSIDE

D.D. ANTONIO TEYXEIRA ALVRES,

Juris Civilis Veſperario moderatore acutiſſimo, conſanguineo ſuo Collendiſſimo, olim in Divi Pauli Collegio Collega ornatiſſimo, ac Rectore vigilantiſſimo, in Algarbienſi Sede Canonico Doctorali præſtantiſſimo in cauſis Fidei Judice æquiſſimo, quem omnium vota ad maiora dignitatum culmina pro meritis elevandum deſtinant.

SUB CUJUS PATROCINIO

EST QUI SORTE PRIMUS IN ARENAM DESCENDIT

ALEXANDER PEREYRA DE MOURA

Suo quinto Juris Civilis anno luce 7. Martij hor. verp; ac ſolita

PRINCIPALITER VENTILABITUR:

Utrùm *Servus proprius à domino ſuo heres cum libertate inſtitutus neceſſarius ipſi domino exiſtat ſive velit, ſive nolit?* Reſolvitur puncto 6. Affirmativè.

1 IUris principium eſt quod ſervus proprius teſtatoris poteſt ab eo valide inſtitui heres.

2 Sed ante Imperatoris Juſtiniani Conſtitutionem dubium erat, an ſervus proprius teſtatoris ſimpliciter inſtitutus heres abſque expreſſa libertatis datione maneret heres, & liber; vel eſſet neceſſaria libertatis expreſſa datio? Eſſe neceſſariam affirmamus.

3 Quanvis in inſtitutione ſervi proprij ſit neceſſaria libertas expreſſa; attamen ſi talis ſervus ſimpliciter ſit tutor datus à domino teſtatore liberis impuberibus ipſius teſtatoris libertatem conſequitur.

4 Idem etiam procedere contendimus de ſervo ſimpliciter inſtituto herede à domino, qui ſolvendo non eſt, in quo antiquitus non deſiderabatur expreſſio libertatis.

5 Miles, qui ſervum proprium inſtituit heredem, ſi pretermiſerit libertatis dationem ſine dubio ſervum facit neceſſarium heredem, & liberum.

6 Servus à domino ſuo cum libertate inſtitutus heres liber, & neceſſarius ei exiſtet heres, ſive velit, ſive nolit.

7 Hoc tamen non procedit quando ſervus cum alio coherede eſt inſtitutus ſub conditione *cum quis mihi heres erit, ſtichus ſervus meus liber, & heres eſto* namque in hoc caſu defendimus ſervum manere heredem voluntarium.

8 Servus inſtitutus à domino, qui gravatus erat ei præſtare fideicommiſſariam libertatem, neceſſarius heres domino non exiſtit, ſed hereditatem ſuo arbitrio adibit.

9 Servus, qui pupillo à parente, domino que ipſius ſervi cum libertate ſubſtitutus fuit, poſteaque à pupillo venditus, ſi ab emptore heres cum libertate inſtituatur, dum ex inſtitutione pupillari heres eſſe poteſt, emptori neceſſarius heres non exiſtit.

10 Servus proprius à domino cum libertate inſtitutus, ipſo domino mortuo, ipſo jure, & legis poteſtate abſque ulla aditione neceſſarius heres exiſtit.

11 Quod etiam procedit, licet ex parte hereditatis ſervus á domino inſtitutus ſit, quanvis adhuc tabulæ teſtamenti non ſint apertæ.

12 Servus proprius à domino ſuo pure inſtitutus, & libertas ſub conditione data, vel contra conditio in libertate poſita in inſtitutione repetita cenſetur, vel contra.

13 Quod etiam dicendum eſt, quando ſervo proprio legatum pure relinquitur, libertas vero ſub conditione datur: nam conditio in libertate poſita in legato repetita cenſetur.

14 Ita tamen non procedit in conditione poſita in perſona heredis inſtituti; ſiquidem hæc non repetitur in ſubſtituti perſona.

15 Servus proprius à domino ſuo heres cum libertate inſtitutus, ut liber, & heres neceſſarius domino exiſtat, debet in eadem cauſa permanere; nam ſi, vivo teſtatore, manumiſſus ſit, hereditatem ſuo arbitrio acquiret.

16 Similiter, ſi ſervus proprius heres cum libertate à ſuo domino inſtitutus, vivo eo, alienatus ſit, non manet neceſſarius heres teſtatori, ſed juſſu novi domini hereditatem adibit.

17 Dominus, qui tantummodo habet in ſervo nudam proprietatem, ſi eum cum libertate heredem inſtituat, ſervus liber, & neceſſarius heres domino exiſtit.

18 Fructuarius, qui in ſervo tantummodo uſumfructum habet, utpote non dominus, non poteſt ipſum ſervum inſtituere heredem ſibi neceſſarium.

19 Servus proprius pignori datus, heres à domino debitore cum libertate inſtitutus, ei neceſſarius heres, & liber exiſtit.

20 Sed ſi dominus ſervum ſuum pignori ſpecialiter obligatum heredem inſtituerit, nec libertas competit, nec ſervus liber, & heres neceſſarius domino exiſtet.

21 Servus cõmunis ab uno ex condominis heres cum libertate inſtitutus, ſi partes cæterorum ſociorum ab ipſo domino inſtituente redimantur, ſervus liber, & neceſſarius heres ei exiſtit.

22 Dominus, qui ſervum ſuum apud hoſtes detentum habet, poteſt eum cum libertate inſtituere heredem; ita ut quod ſi ab hoſtibus reverſus fuerit ſervus; liber, & neceſſarius heres domino exiſtat.

23 Servus à domino ſuo cum libertate inſtitutus, ut liber, & neceſſarius ei exiſtat heres, debet ab eo hereditatem, & libertatem in eodem gradu recipere.

24 Servus de adulterio cum domina cõmiſſo maculatus, ſi ab ipſa heres

heres cum libertate inſtitutus ſit , neque liber, neque heres neceſſarius ei exiſtit, imò, & inſtitutio, & libertas pro non ſcriptis habentur.

25 Poſt novam Imperatoris Juſtiniani Conſtitutionem ſervus à domino ſuo ſimpliciter , & abſque expreſſa datione libertatis, liber , & neceſſarius heres domino exiſtit.

26 Quod etiam de jure novo obtinet , quando libertas , & inſtitutio non in eodem , ſed in diverſo gradu fiunt, in quo etiam caſu ſervus proprius teſtatoris ab eo inſtitutus , ei liber, & neceſſarius heres exiſtit.

27 Servus communis ab uno ex condominis heres inſtitutus, ut liber , & neceſſarius heres ei exiſtat , ſecundum ſententiam cōmunem DD. etiam poſt Juſtiniani Conſtitutionem debet cum libertate expreſſe data inſtitui.

CONIMBRICÆ: *Superiorum Gratiâ.*
Apud ANTONIUM SIMOENS Univerſit. Typpographum Anno Domini 1715.

heres cum libertate inſtitutus ſit, neque liber, neque heres neceſſarius ei exiſtit; imò & inſtitutio, & libertas pro non ſcriptis habentur.

5 Poſt novam Imperatoris Juſtiniani Conſtitutionem ſervus à domino ſuo ſimpliciter, & abſque expreſſa datione libertatis, liber, & neceſſarius heres domino exiſtit.

6 Quod etiam de jure novo obtinet, quando libertas, & inſtitutio non in eodem, ſed in diverſo gradu fiunt, in quo etiam caſu ſervus proprius teſtatoris ab eo inſtitutus, ei liber, & neceſſarius heres exiſtit.

7 Servus communis ab uno ex condominis heres inſtitutus, ut liber, & neceſſarius heres ei exiſtat, ſecundum ſententiam cõmunem DD. etiam poſt Juſtiniani Conſtitutionem debet cum libertate expreſſè data inſtitui.

CONIMBRICAE: *Superiorum Gratiâ.*
Apud ANTONIUM SIMOENS Univerſit. Typpographum Anno Domini 1715.

C[illegible]nclusiones Iuris Civilis